sed intelligit de ea purgatione que est quasi derivatione ad
modum purgationis. vnde nō dicitur talis purgatio euac-
uatio. quia non est euacuatio de qua sit curādum: sed po-
tius dī derivatione. Et ppterēa quādo purgamus vel slobō
tomamus rōne egritudinis magne t non rōne totius de-
bemus p̄p euacuare. qz non euacuamus: tūc nisi vt deri-
uemus. **D**einde cum dicit.

Lum aut invenit corporis repletionē. tīc

Fen. III.

Op̄z vt nō tangas apostema cū mollificatiis: quoniaz attrahet ad ipsum supra qđ resoluat ab eo: imo op̄z vt euacuet materia per flebotomia z fortasse indiget solutione vētris: et cū feceris illud admīstra mollificātia.

CHIC ponit curā flegmonis facti a causa p̄mitiuā quādo causa p̄mitiuā obuiat corpori pleno. z diuidit in duas: ga p̄mo facit hoc. secūdo comparat apostema hoc ad ap̄a dīctū in curatōe penes cōuenientiā z dīntiam. secunda ibi. (Et eius qdē curatio) Dicit ḡ. Lū aut̄ a causa p̄mitiuā inuenitur corporis repletio. tunc op̄z vt non rāgat apostema cū mollitiis. i. nō op̄z te incipe a curatōe ap̄atis inquātū est ap̄a. s. extrahere z resoluere mām ap̄atis: eo q̄ adueit illud nōcumentū qđ Aui. ponit dīces. Quoniaz attrahetur ad ipsum z. imo op̄z vt euacuet materia per flebotomiā. s. ante administrationē resolutiōz z mollitiōz. Et fortasse indiget solutione ventris. s. vt q̄ habeat ven̄trem constipatum vel abūdet cum sanguine aliquis humor alioz. Et cum feceris illud tūc adminīstra mollitiua. i. resolutiua lenia que dicta sunt.

Sed circa istam partem z pdictam est dubitatio. vtrū debeas repercutere flegmonē ex causa p̄mitiuā qñ est in p̄ncipio post corporis. s. euacuationē. Et videſ q̄ sic: qz Hal. in. 13^a. particula de inge. sani. dicit. q̄ in ap̄ate fiēte duo intēdimus vnū est vt phibeamus futuz fieri. Alīnd est vt factum deleamus: sed qñ ap̄a est in p̄ncipio: tūc est fiens: qz aliquid de materia est collectuz in spongiositatibus mēbri. Et aliud est futuz fieri cū apostema sit augmentans z ad statū futuz. ḡ tunc in tali ap̄ate duo attendenda sunt in p̄ncipio. vnū est phibere futuz fieri. aliud est factū delere. S̄z futuz. phibemus qñ materia que est in fluxu repercutimus. ḡ tunc in p̄ncipio talis ap̄atis debemus repercutere. **C**P. Aui. in. infra in p̄mo caplo dicit. q̄ humectatio in p̄ncipio est tumorosa. ḡ tunc in principio est timor vti mollitiis. **C**P. hoc videſ velle Aui. in seq̄nti parte dīces q̄ nō indiget curatōe cū repercuſione plurima in p̄ncipio. p̄ istum textū videſ Aui. velle q̄ in ap̄ate qđ est a causa p̄mitiuā competit repercuſio. **C**In oppositū est hic Aui. z Alyabas in dispōne regali. **C**Dōm est ad hāc qōnem. ad cui? intellectuz op̄z intelligere q̄ omnīc ap̄a calīm in p̄ncipio oꝝ repercuti n̄si aliud impedit. **C**Sed nota gr̄a h̄. q̄ multe sunt conditiōes quare in ap̄ate calido exteriori. phibemus repercuſia in corpore mūdo: qz qñ corpus nō est munduz dō debet ponī hic aliqua medicamia bocalia nisi post corporis euacuatōez. Una cōditio est que se t̄z ex pte membra sicut est in locis euacuatoris timendo ne materia redeat ad mēbra principalia. Alia conditio est ex parte materiae. z hec ē multiplez: qz si mā sit grossa z viscera z mul̄ta nō debemus repercutere ne ibi materia lapideſ. Iteruz et si materia fuerit furiosa z venēosa nō debemus repercutere ne redeat ad interiora sicut est in antrace z pustulis venenosis z malignis. Itex ē si materia sit conculcata z rotusa nō dō repercuti. z hoc est ne materia conculcet z corrumpat. z p̄ dōs corrūpat membrum. Itex si materia sit expulsa p̄ viā crisis sicut est in febrīb̄ que terminant̄ per ap̄ata. talis. n. mā nō dō repercuti sicut ponūt auctores: imo debemus ip̄az attrahere: z hoc est ppter malitiā eius ne redeat ad interiora z faciat recidiū q̄ est peior sita radice sicut ponit Aui. in 4^o. Et hec est causa quare Aui. z Alyabas ponit q̄ in ap̄ate facto a cā p̄mitiuā ponātur resolutiōa z mollificatiōa: qz mā in eis propter tales causas p̄mitiuās sicut ppter percussionē z incisionē. z h̄. quare de talibus causis p̄mitiuās intellexit Aui. In his. n. est magis cōculcata mā q̄ in ap̄ate facto a causa aūti. z ideo

De cura

minus malū est resoluere mām in tali ap̄ate corpē existēte mūdo q̄ repercutere. z adhuc dato q̄ ibi attrahatur z fluat: q̄ phibere fluxū māe z cōculcare ibi materia collēctam cū repercuſiuis: qz cū talis materia sit ibi cōculcata z mortificata cito mouetur ad putrefactionēz membri: qz talis materia si tangatur cuz repercuſiuis cōculcatur in parte z putrefit z putrefacit membrū z mortificat ipsūz. z ideo quanto citius resolute tanto ē melius. vnde l̄z repercuſio phibeat fluxum materie. tamē ex nocumētis p̄dīctis nōcumentū p̄ualeret iuuamēto. vt visuz est. Sed in ap̄ate qđ est a causa aūti: puta ex repletōe mā nō est adeo cōculcata. z ideo nō mouet ita cito ad corruptōe mēbri. z ideo possimus in ea citius repercuſia administrare vt cōfortet membrū ne recipiat z phibeat fluxuz materiei ad apostema. Itex etiā dato q̄ in ap̄ate facto a causa p̄mitiuā aliqualiter competet repercuſio rōne confortandi membruz ne multū repleat vti Aui. videſ ponere in se quēti pte. hoc etiā videſ ponere Aui. in p̄ncipio. qñ causa p̄mitiuā obuiat repletōi corporis q̄ p̄mo corpus purgat: poste aponant̄ sup locum ea que reperciunt̄ z stipticāt̄ nisi in locis emunctorijs: tamē adhuc debet ponī minus repercuſia in apostemate facto a causa p̄mitiuā q̄ in apostemate facto a causa aūti z pauciori pte propter cām dīctā. **C**Tunc ad illud qđ opponis tu dīces q̄ Hal. dicit q̄ in ap̄ate fiente duo intēdimus. s. phibere fluxum p̄mo. z illud fit cum repercuſiuis z delere factū z illud fit cum resolutiōis. **C**Dōm q̄ hoc est verū n̄si aliud impedit. vt est dīcī. Nunc aut̄ ex prohibitionē z repulsiōe fluxus cū repercuſiuis sequeret maius nōcumentū q̄ iuuamentuz. vt dīcī est. **C**Itex etiā possit dicere q̄ bic phibemus fluxū materie: sed nō cuz repercuſiuis sup locū: sed cū euacuatiōis sicut qñ corpus esset plenū: vel dinertēdo mām cū fricatōibus z ventosatōibus z euacuatōe aliq̄ ad modū deriuatiōis sicut dīcī fuit p̄us. Uel ēt possit dicere q̄ nō totaliter phibemus repercuſia: vt patebit in seq̄nti parte. z si ponant̄ debet ponī minus repercuſia in apostemate facto a cā p̄mitiuā q̄ in ap̄ate facto a cā aūti vt visum est. **C**Et si dīcis. Aui. ponit solū in ista parte resolutiōa z mollificatiōa. z Alyabas in dispositōe regali. dico q̄ p tanto Aui. ponit hic solū mollificatiōa. z Alyabas: qz dato q̄ ibi cōpetant̄ repercuſia maxime cōpetut in illo cūtius causa p̄mitiuā obuiat repletōi corporis f̄z q̄ appet p̄ Aui. in p̄mo: sed in illo vbi causa p̄mitiuā obuiat corpori mūdo solum competunt̄ mollificatiōa. z causa hui⁹ apparebit in sequenti parte: tñ Aui. in ista pte ponit solū mollificatiōa. z Haly. in dispōne regali: vt ostēdant̄ q̄ z si repercuſia cōpetant̄: debent ponī pax z panico pte. Et ppter hoc Aui. in sequenti parte vbi loḡ magis disticte inuit̄ q̄ bene possunt apponi aliq̄ repercuſia f̄m q̄ ibi appēbit. **C**Ad illud qđ tu dīcis. Aui. dicit q̄ humectatio etiā in p̄ncipio est tumorosa dōm q̄ itellexit in illo qñ ē causa antecedēs. **C**Ad aliud apparet respōsio p̄ ea que dicta sunt. z apparebit melius legēdo ista l̄ram. **C**Decide cum dīcit.

Et eius quidem curatio est p̄ima curationē eius cuius causa p̄mitiuā inuenit mundificationē corporis.

CHIC comparat apostema factum a causa p̄mitiuā obuiantis repletōi corporis ei qđ a causa p̄mitiuā q̄ obuiat corpori mūdo penes cōuenientiā z differentiā in curatione. Et duo facit. p̄mo cōparat illa adiūcē penes cōuenientiā. secūdo penes dīntiam. sc̄da ibi. (Et differt). Legē sic l̄ram. Et eius quidem. s. ap̄atis qđ fit a causa p̄mitiuā que inuenit corpus repletū curatio est proxima. s. post mundificatiōez corporis curatōi eius. s. ap̄atis: cuius cā p̄mitiuā inuenit mundificationē corporis. sic ergo tunc cura

Tractatus .I.

flegmonis a cā p̄mitiua q̄ iuenit corporis mūdificationez
cōuenit cū cura flegmonis a cā p̄mitiua q̄ iuenit plenitū
dinē. et hoc post mūdificationē corporis. qr sicut ibi ponim
us mollificatiua et resolutiua sic in isto post mūdifica
tionē corporis. Sic ḡ cura flegmonis a cā p̄mitiua q̄ inue
nit mūdificationē corporis cōuenit cū cura flegmonis c̄
cā p̄mitiua iuenit plenitudinē. et hoc post mūdificationē
corporis. Tūc ponit dñiam. et pōt vno mō legi.

Et differt ab ea in hoc q̄ nō idiget curatione
cū repercuſſione plurima in p̄cipio ſic idiget illa
imo minus illa.

Scilicet curatio ap̄atis facti a cā p̄mitiua cū iuenit cor
pus repletū ab ea. s. curatiōe ap̄atis cuius cā p̄mitiua iue
nit corporis mūdificationē ſupple ante mūdificationez
corporis. qr in iſta q̄ iuenit corpus repletū debes icipere a
mūdificationē totius corporis cū nō poſſimus alr reperte
re. eo q̄ nō recipit corpus plenū exīs. ſicut vult Hal. in te
gni. ſz poſſimus q̄n cā p̄mitiua iuenit corpus mūdū. Et h̄
itelligit Auic. cū dicit. Et hec q̄deſ nō idiget curatiōe
cū repercuſſione plurima ſic idiget illa: imo min' illa. Hoc
est dicere. q̄ si in p̄n: ap̄atis contingentis a cā p̄mitiua ob
uiante reploni corporis nos repertimus. minus tñ debe
mus repertere q̄ in illo cuius cā p̄mitiua inuenit corpus
mūdū. Hec q̄dem. s. curatio vel cura ap̄atis nō idiget re
percuſſione plurima ſicut idiget illa imo minus. Uide
ḡ dicere q̄d iſta duo ap̄ata cōueniunt in curatiōe post p̄n
cipium. Q̄r in vtrq; ſpetunt mollitiua resolutiua. ſz
diſſerūt in p̄n: ante mūdificationez corporis: qr in ap̄ate
q̄d eſt a caſa p̄mitiua q̄ iuenit corpus mūdū poſſimus
ponere repercuſſua in p̄cipio magis q̄ in iſto. cui? cā p̄mi
tiua iuenit corpus repletū. eo q̄ p̄mo oꝝ corpus euacuare
cū nō recipiat plenū exīs corpus. ſicut dicit Hal. in tegni,
et poſtea repertere ſi ibi cōuenit repertere.

Sed ſic exponendo est dubitatio primo. q̄
hic videtur concedere
repercuſſua in p̄cipio ap̄atis cui? cā p̄mitiua iuenit cor
pus mūdū. ſupius aut̄ ponit ſolū mollitiua. et ēt in diſpo
ne regali Daly p̄cipit ſolū apponi resolutiua mollia. et etiā
Auic. in p̄. fen q̄rta. p̄cipit ſolū mollitiua et resolutiua appo
ni quādo cā p̄mitiua iuenit mūdificationē corporis. z:
est dubitatio de hoc q̄d dicit: imo minus illa. qr videt cō
cedere aliqua repercuſſua in p̄n: apostematis a cā p̄mi
tiua cuius cā iuenit corpus repletū. hoc enī nō videt ēē ve
rū p̄ Hal. in tegni. vbi dicit: q̄ nō recipit plenū exīs corp;
imo q̄d plus eſt auctores phibent ponit repercuſſua in apo
stemate quod eſt a cā aīti niſi p̄mo corpus purget. ḡ mul
to fortius h̄ nō debet ponit repercuſſua ante mūdificationē.
Dōm q̄ iſta expō nō multū placet mihi. pōt tñ ali
qualr aliter ſuſtineri. et tunc rñdemus ad p̄mū quod tu di
cis. qr dicas tu q̄ Auic. cōcedit h̄ repercuſſua in apostemate
a cā p̄mitiua q̄ iuenit mūdificationē corporis. Superius
aut̄ poſuit ſolū mollificatiua. Et cū dico q̄ in ap̄ate a cau
ſa p̄mitiua q̄ iuenit corpus mūdū in p̄cipio pōt bene po
ni repercuſſiuū: et ſpāliter q̄n eſſet magna egritudo ut phib
eret fluxus ad locū ne nimis augmentaret ap̄a. et in illo
q̄d eſt a cā p̄mitiua q̄ iuenit corpus repletū d̄z ponit reper
cuſſua q̄n corpus eſt purgatū: ſz ibi cōpetunt ppter predi
cta cām ne nimis augeat ap̄a. ſz Auic. ſupius ſolū poſuit
mollificatiua ut nō oñderet q̄ et ſi aliqñ ponant repercuſſua
ſicut in dicto canone debet ponit parū repercuſſiuū et
paucō ſēpore ppter ſculcationē māe: ut dictū fuit ſupra.
Vnde in p̄ Auic. ſuit locutus magis diſtincte. qr ibi vult q̄
aliqñ pōt ponit repercuſſiuū in p̄n: ſz d̄z ponit parū reper
cuſſiuū et paucō ſēpore. Ad aliud dubiuū poſsumus di
cere. Uno: q̄ illud cōparatiuū minus tenet abuſiue. qr

Flegmonis

ibi nullo mō debet ponit repercuſſua ante mūdificationē
corporis. ſz debet ponit q̄n corpus eſt mūdificatum
ſi ibi competit. Uel ſi volumus dicere q̄ teneat ppter
tunc dicemus q̄ itellexit de talibus repercuſſiuis que nō
ſunt vere repercuſſua ſed ſunt cōfortatiua partis aposte
mate cū leui repercuſſione et aliquali reſolone ſicut popu
leon et similia. talia enī bene poſſunt ponit ante mūdifica
tiuez in quocūq; apostemate. qr talia nō reperciunt pu
re: ſz quādāmō cōfortat memb̄ ne recipiat nimis. Alio:
pōt exponi et legi iſta littera ſicut intelligit q̄ curatio apo
stematis facti a cā p̄mitiua que inuenit corpus repletum
differt a curatiōe apostematis facti a caſa p̄mitiua que
iuenit corpus mūdū non ſolū ante purgationē corporis:
ut dictū eſt in p̄ma expōne: ſed differt etiā curatio quādo
mūdificatū eſt corpus. et tunc lege ſic l̄ra. et differt. s. cu
ratio apostematis facti a cā p̄mitiua que inuenit corpus
repletū ſupple post purgationē corporis ab ea. s. curatiōe
apostematis facti a cā p̄mitiua que iuenit corpus mūdū
in hoc. qr ſine dubio illa flegmon q̄ eſt a cā p̄mitiua que
iuenit corpus mūdū nō idiget curatione cuſ repercuſſione
plurima. i. cū repercuſſione iſta. ſicut. i. qua idiget iſta ſup
ple q̄ eſt a cā p̄mitiua que iuenit corp' repletū. qr fz Auic.
in p̄mo. fen q̄rta. cap: de curatione apostematiū. in aposte
mate quod eſt a cā p̄mitiua que iuenit corpus plenuz: de
bemus p̄mo euacuare et poſtea repertere aliqualr: licet nō
tantū ſicut quādo apostema eſt a caſa antecedēti ppter
ſculcationē materieſ ſicut dictū fuit ſupius. Sed quā
do cā p̄mitiua iuenit corpus mūdū tunc debemus ſtatū
apponere resolutiua mollitiua. vnde q̄n poſtea dicit: imo
minus illa illud minus ponit abuſiue. qr quādo caſa
p̄mitiua iuenit corpus mūdū nō idiget tunc apostema
repercuſſione. Sed quādo iuenit corpus plenuz d̄z corpus
p̄us purgari: et poſtea repertere. Uel ſi velleim dñe q̄
ibi iſtu comparatiuū poſnatur ppter: ita q̄ itelligeret et
quādo caſa p̄mitiua iuenit corpus mūdū pōt aposte
ma aliqualiter repertere. tunc dicemus q̄ intelligit de talib
us repercuſſiuis que nō ſunt ppter repercuſſua: ſz ſunt
quādāmodo cōfortantia partis apostematis ne nimis re
cipiat: ſicut eſt oleuz rosa. et similia. talia enim repercuſſua
bene poſſunt ibi ponit: maxime quādo timemus ne nimis
augmentetur apostema. et iſta expō credo q̄ vadat ad iſten
tionē Auic. eo q̄ iſta expōſitio ē fm itētionē Auic. in p̄mo
fen q̄rta. in ca: de curatione ap̄atuſ fm q̄ ibi appet. ſz
ſic exponēdo eſt dubiū quō tūc cōuenit curatio amboz
Dōm eſt q̄ ſic exponendo p̄xma ē curatio ap̄atis que
fit a cā p̄mitiua q̄ iuenit corpus plenū curatiōi ap̄atis q̄n
cā p̄mitia iuenit corpus mūdū. qr ſic ibi ponim' mollitiua
et resolutiua vel lenitiua: ita et post purgatōz ponim' reſo
lutiua vel ponimus repercuſſua ponemus parū repercuſſua
et paucō ſēpore. et iō p̄xma ē curatio illi' illi. Et cā q̄re h̄ ponit
imus magis repercuſſua q̄ ibi ē pp replonē corporis cui obui
at cā p̄mitiua. vñ h̄ idigemus magis phibere fluxū q̄ ibi.
ſz ſi ponam' repercuſſua debem' parū repercuſſua ap
ponere et pauciori ſēpore q̄n eſt ex cā aīti pp ſculcationē
māe. et pp h̄ Auic. p̄us poſuit ſolū mollitiua poſt purgatōz
corpis ut iueniret q̄ parū cōpetit etiā repercuſſiuū h̄. Et iō
p̄xma eſt curatio vtriusq; h̄ aut̄ inuit et magis diſtincte lo
quit q̄ in apostemate q̄d eſt a cā p̄mitiua q̄ iuenit corpus
repletū poſſum' aliqliter repertere poſt purgationē cor
poris. et in hoc diſſerit ab illo cui? cā p̄mitiua iuenit corpus
mūdū: qr ibi nō repertimus. et ſi repertimus non reperti
mus ita ſicut quādo caſa p̄mitiua iuenit corpus plenū
vnde non repertimus repercuſſione de qua ſit curanduz
fm q̄ fuit expōſitū in iſta l̄ra: imo minus illa.
Lura flegmonis a caſa antecedēte.
Cū q̄re caſa eſt antecedēte nō p̄mitiua tūc

Fen .III.

Op̄z ut ic̄pias c̄i eūone t̄ comple ei qd̄ merec̄ ex flobotomia t̄ ex solutione ventris si indiget ea. Et necessitas qd̄ez eius est aut qm̄ corpus est imundū aut qm̄ egritudo est magna: quare necessaria est euacuatio t̄ minoratio materie t̄ attractio ad contrarium.

Sup̄us Auic. determinauit de cura flegmōis facte a cā p̄mitiuia. H̄ determinat de cura ap̄atis facti a cā ānti. t̄ diui dī ps ista in p̄tes duas. qr̄ p̄ ponit quō curet flegmō a cā ānti q̄ztuz ad oia r̄pa ei. z̄ oñdit cū qb̄ medicis curat. z̄ ibi Medicie aut̄ rep̄cussione. D̄ria ps diuidit in duas. p̄ ponit curā flegmōis a cā ānti q̄ztuz ad v̄lia. z̄ q̄ztuz ad localia. z̄ ibi Et ic̄ipe cū rep̄cussione. D̄ic p̄. Lū autē cā flegmonis est aſis tūc op̄z t̄c. t̄ cōple ei qd̄ merec̄ t̄c. i. ena cua fm̄ dispōne corporis. t̄ egritudinis. qr̄ si multa fit rep̄lo ibi: ibi p̄petit eūo. vel dato q̄ si nō sit ibi multa rep̄lo t̄ egritudo sit magna: ōz etiā eūare vt diuertant̄ h̄uores ad p̄te h̄ria. z̄ b̄ sc̄do ifert Auic. cū dicit. Et necessitas qd̄ ei. s. ex fl̄omia si abundet in sanguine. t̄ solone ventris si indiget ea. vtputa si cū sanguine abundat aligs h̄uor vel colera vel fl̄a t̄c. Et necessitas qd̄ ei. t̄c. mō h̄ Auic. ponit necessitatē eūonis t̄c. Or necessitas eius t̄c. i. eūonis ē. qm̄ aut̄ corpus ē imundū. t̄ su. vel sit imundū: qr̄ humores peccēt in q̄titate. vel etiā qr̄ peccent in qualitate t̄ sint mali quōniam egritudo est magna.

Et l̄z corpus nō sit multarū superfluitatum: tamē in membro quādoq̄ aduenit quod ip̄m debilitat quāre attrabunt ad ipsuz materie corporis: licet non sint materie superfluitatis. Et ōz vt obserues conditiōes predictas in hoc ex etate t̄ tempore t̄ regione t̄ alijs.

Mō h̄ oñdit cāz q̄re est nečia eūo si egritudo ē magna. qr̄ l̄z corp̄ nō sit multarū superfluitatum: qn̄ tūmēbro aduenit aligd qd̄ ip̄z debilitat. t̄ id̄ attrabunt māe. i. humores corporis ad ip̄z l̄z n̄ sint māe superfluitatis. i. l̄z n̄ sint h̄uores superflui in corpore. nečia est ḡ supple eūo si egritudo ē magna: dato q̄ corp̄ sit mūndū: vt diuertant̄ h̄uores ad aliuz locū. Et ōz vt obserues cōditiones p̄dictas supple in lib. p̄mo. fen. 4. in hoc. i. qn̄ euacuas ex etate t̄c. ille aut̄ cōdi tiōes querant̄ in lib. p̄. q̄ ibi sunt sufficiēter posite t̄ determine. Intellige nūc de fl̄omia h̄ ex qua parte fiat. qr̄ Auic. de hoc nō facit mētionē: eo q̄ istos canōes posuit in lib. p̄. fen. 4. ca. 3. Nota tū breuiter: vt dīc Halyabbas in dispōne regali. si apa fit in supiorib̄ ptib̄ corporis d̄z fieri fl̄omia ex cephalica. s. ex pte h̄ria. Et si sit in his que sub sunt. i. a ptibus medys corporis d̄z fieri de cōl. s. ex pte h̄ria. Et si sit apa in ptibus iſerioribus d̄z fieri de basilica. i. de vena epatis. s. ex pte h̄ria. Dico aut̄ ex pte h̄ria. qr̄ vt dicit Almāsor. si apa fuerit in pte dextra fiat in sinistra t̄e. Laue tū ne cū hoc sit distātia p̄ duos dyametros: vt dicit Auic. in p̄. s. solū distans p̄ vna vt de sinistro in dextruz t̄ de dextro in sinistrū fm̄ q̄ Auic. ibi ponit. Et cām hui d̄uersitatis quā p̄oit Alyabbas quere ab Auic. ca. de fl̄omia. Propterea p̄scire debemus q̄ sanguis qui plurimum de cephalica euacuatur t̄c.

Sed circa istam prem̄ est dubitatio p̄ de h̄ qd̄ dicit h̄ Auic. q̄ aliquādo est nečia eūo. t̄ dato q̄ corpus sit mundū illud nō videat per illud qd̄ dicit sup̄ius. qr̄ sicut in apostemate qd̄ est a cā p̄mitiuia que obuiat mundificationi corporis corpori mundo nō est nečia eūo: sed solū curatio localis. ita etiā videt hic q̄ nō sit nečia euacuatio s. solū curatio localis exquo corpus est mūndū. Et ē aliud dubium de hoc qd̄ dīc Auic.

De cura

q̄ l̄z corpus sit mundū tū aliquando aduenit membro. q̄ ip̄m debilitat. t̄ ideo attrabunt ad ipsum materie t̄c. quid est illud qd̄ aduenit membro quod ip̄z debilitet: qr̄ corpo re existente mundo nō videat q̄ possit aduenire membro aliqd quod ip̄m possit debilitare nisi illud sit cā p̄mitiuia: sicut casus t̄ p̄cussio t̄c. Nūc autē dictū est q̄ hic loquitur de ap̄ate facto a causa ānti. q̄ videat q̄ Auic. nō dicat verū vel nō logitur ad p̄positū sed potius debuisse hoc dixisse in pte p̄dicta. Et in hoc etiā inducit dubitatio quomō egritudo sit magna in corpore mundo nisi fiat a cā p̄mitiuia. sed h̄ logitur de apostemate facto a cā ānte: quare t̄c. Est etiā 3^o dubitatio: quare dīc egritudo magna. Ad p̄mū possumus dicere duob̄ modis. Uno: q̄ Auic. nō dīc simplr̄ in corpore mundo. sed dicit. t̄ l̄z nō sit corpus multarū sup̄fluitatū. vñ si egritudo est magna t̄ dato q̄ in cor pore nō sint multe sup̄fluitates: s. sint paucē cōpetit p̄mo eūo totius corporis ante curā localē. Alio: possumus dice re: sicut superius diximus q̄ etiā si egritudo est magna. et dato q̄ corpus sit mundū cōpetit euacuatio non p̄ncipalr̄ rōne eūonis: sed rōne derivationis: vt dc̄m fuit. vnde ista euacuatio non fit vt euacueſ sed vt deriuēſ. t̄ ideo bñ dīc in littera: q̄re necessaria est eūo māe t̄ minoratio. supple in cōḡtum corpus est imundū. t̄ attractio ad h̄riū. supple in cōḡtum corpus est mundū: t̄ egritudo magna. t̄ talis euacuatio etiā p̄petit aliquādo in ap̄ate qd̄ fit a cā p̄mitiuia que iuenit corpus mundū: vt dc̄m fuit p̄us. t̄ ideo non dīc hoc ei qd̄ dc̄m est supra. Et nota iuxta hoc q̄ sic dc̄m fuit supra q̄ in ap̄ate quod fit a causa p̄mitiuia q̄ iue nit corpus mundū competut minus rep̄cussiva q̄ in apostemate qd̄ fit a causa p̄mitiuia q̄ iuenit corpus plenū: ita etiā in ap̄ate qd̄ fit a cā antecedenti qn̄ corpus est mundū vel paucarū sup̄fluitatū competunt minus rep̄cussiva q̄ in ap̄ate. qd̄ fit a causa ānti qn̄ corp̄ est plenū: eo q̄ qn̄ corpus est mundū vel paucarū sup̄fluitatū minus currunt sup̄fluitates t̄ humores ad apostema. t̄ ideo minus idigimus rep̄cutere q̄ quādo corpus est plenū. s. bñ debemus plus rep̄cutere dato q̄ corpus eēt mūndū qn̄ fit a cā ānti q̄ qn̄ fit a causa p̄mitiuia. qr̄ quādo fit a cā p̄mitiuia materia plus cōculcatur in loco. Ad sc̄dm dōm est q̄ Auic. nō dicit q̄ egritudo magna nō fiat a causa ānti vel adueniat aliquid membro quod ip̄m debilitet a causa antecedenti in corpore simplr̄ mundo. Sed dīc hic in corpore paucarum sup̄fluitatum: sicut dictum fuit prius. Vel possumus dicere q̄ in corpore mundo potest eueneſ aliquid alicui membro quod ip̄m debilitat: t̄ tunc ex debili tate illa attrabuntur humores: t̄ potest ibi fieri apostema magnū. t̄ ista debilitas potest esse in membro vel ex natu ra. i. ex p̄ncipis gnātionis. possibile enīz est vt aliquis habeat vñmēbrū debile ex natura: t̄ totū aliud corpus habeat mundū sicut apparet manifeste in multis. Et potest esse ista debilitas accidentalr̄ in aliquo membro sine cau sa p̄mitiuia vt in egritudinibus male p̄ponis vel compo sitionis vel solonis continui quas passus fuit longo tem porē membrū. possibile enim est vt aligs habeat aliquod membrū debile ppter egritudines que iā fuerūt ibi p̄us t̄ aliud corpus habeat mundū. Et talis debilitas p̄t esse causa antecedēs apostematis fm̄ q̄ apparuit in p̄ori cap̄ t̄ dato q̄ corpus sit mundū. Ad tertiu est dōm q̄ egritudo potest dici magna tribus modis fm̄ qd̄ apparet per Hal. 4. de igenio sanitatis. quia aut̄ dīc magna rōne mē bri: vt qr̄ si sit nobilissimū t̄ suspectū. Aut dīc magna ratione substantie eius. Aut dīc magna rōne malitie ei. t̄ hec dicta sunt pleniā Hal. Tūc segunt illa pars. Et ic̄ipere cū rep̄cussione nisi in locis que cōditionauimus in libro primo. In qua pte ponit curā flegmonis facte a causa antecedē-

Tractatus .I.

ti q̄tum ad localia. et diuidit p̄s ista in p̄tes duas. Primo ponit curā localē oñdendo qđ faciendū sit in p̄n. et qđ in augmēto et quid in statu et quid in fine. scđo ostendit nocu mēta que possunt accidere ex repercuſione. et doc̄ ea evita re. et ibi (Et qñ accidit ex refrenatiōe.) Primo oñdit quid est faciēdum in p̄n: ap̄atis. 2: ostēdit qđ est faciendum in augmēto. et 3: ostendit quid est faciendū in statu. 4: quid est faciendū in declinatiōe. et ibi (Deinde pone in augmēto.) 3: ibi (Et apud finē et statū.) 4: ibi (Et exiccantia sunt q̄ sanant in fine et c.) Dicit p̄. Incipe. s. in p̄ncipio flegmonis cum repercuſiuis nissi in locis que cōditionauimus. i. exceptuauius in libro p̄mo. s. fen 4. ca? de curatiōe apostematum. et ppter hoc etiā itelligas omnes alias conditiōes que phibent in p̄ncipio repercutere in apostemate que conditiones dicte fuerunt prius.

Sed hic est dubitatio vtrū debeamus flegmonē repercutere in p̄ncipio fm qđ ponit hic Auic. et alij auctores. Et videt qđ nullo mō debeat repercuti: qr̄ Auic. ponit in p̄mo. et omnes auctores qđ apostema est in membro ignobili nō dōz repercuti ne mā figatur in membro nobili. Nunc autē: vt dictum fuit p̄us. Auic. h̄ logtur de apostematibus exterioribus. s̄z mēbra exterio ra p̄cōparationē ad interiora sunt magis ignobilia membra. qđ apparet. qr̄ videmus qđ natura potius expellit materia apostematis ad exteriora q̄ velit eā remanere in interioribus membris. q̄ tunc in nullo. ap̄ate debemus repercutere. P̄. sanguis qui est egressus a venis in cōcauitate membroꝝ ad faciendū apostema iam egressus est a p̄pria nā et est corruptus. s̄z si est corruptus non est bonū qđ repercuſiā ad venas. qr̄ tunc corrumperet aliū sanguinē exūtem in venis. q̄tū nō debemus repercutere in flegmonē. Dōz ē ad hoc qđ omne apostema calm in p̄ncipio a causa añti dōz repercuti corpore purgato nisi conditiones predice impediānt fm qđ dictū fuit p̄us. Et rō huius ē. qr̄ in apostemate due sunt gnāles itētiones. vna est phibere quod est futurum. s. ne augmentēt apostema. et talia est deſtruere et resoluere factū. et p̄ma itentio pcedit scđaz: eo qđ fieri preceſit factū esse. nunc aut̄ phibere ne augmentetur apostema fit p̄ repercuſiua. qr̄ repercuſiua prohibent fluxum hu. et cōfortant ne membris recipiat. q̄tū in p̄ncipio flegmonis sunt ponēda repercuſiua nissi ipēdiant cōditiones predice. Tunc ad p̄m argumētu. tu dicis Auicē. in p̄mo. et alij auctores dicūt qđ quādo apostema est in mēbro ignibili non dōz repercuti et c. Dōm qđ mēbrū ignobile dicit dupl. vno: absolute. alio: respectiue. Membra ignobilia absolute sunt euacuatoria membrorū p̄ncipaliū que sunt ad hoc ordinata a natura solū vt sint sicut mūdificatiua membra p̄ncipalia a superfluitatibus suis. et ideo vocant emunctoria. qr̄ sunt ordinata vt in eis emungant supfluitates membrorū p̄ncipaliū. Membra autē ignobilia respectiue dicunt quecūq; membra esse ignobilia respectu membrorū p̄ncipaliū et maxime cordis. vñ nō dicūt ignobilia absolute sicut illa: qr̄ nō sunt ordinata ad p̄prias opatiōes necessariā corpori. mō qñ auctores dicūt. et Auic. in p̄mo. qđ apostema qđ est in membro ignibili nō dōz repercuti: itelligit de mēbro ignibili absolute. ibi enī nō debet repercuti: vt dicit Auic. in p̄mo. timēdo ne materia figatur in membro nobili: imo aliquā debemus attrahere mām ibi cū ventosis. sicut ibi ponit Auic. s̄z nō itelligunt de membro ignibili respectiue sic sunt membra exteriora. In talibus enī bñ pot materia repercuti ne augmentetur apostema et corrumpat id membrorū et operationē illius ordinataz a natura. Et si tu dicis mēbra interiora sunt nobiliora p̄cōparationē ad exteriora. qr̄ videmus qđ natura potius expellit mām ad exteriora q̄ velit qđ remaneat in interioribus. nō ḡ dōz repercuti ne mā figat in membris

Flegmonis

io

iterioribus. Dōm qđ si semp cū repercuteret materia in membris exteriorib⁹ figeretur et rediret ad interiora. hoc esset veruz qđ nunq; deberemus repercutere. sed hoc nō accidit purgato corpore. qr̄ illa materia que repercutitur cū sit pauca dispergitur per aliud corpus: et tunc cū sit pauca qr̄ iam euacuatū est corpus tunc vel reducitur ad bonā mām si potest. vel anihilatur et resoluitur a natura. et tunc non est dubium de reditu materie ad interiora nisi quādo corpus esset plenū. vel si materia expellit per viam criſis in exteriorib⁹. tunc enī dato qđ corp⁹ sit purgatū non est bonū repercutere sicut dictū fuit p̄us. vel materia expellatur fm semitā expulsionis ad membra emunctoria. qñ enī nō est aliquid istoꝝ nō dubitam⁹ de reditu materiei ad interiora. Et hoc est quod dicit Auic. inferius. Ex reditu vero materiei ad membra p̄ncipalia ppter repercuſionem securat a malo. s. vitio euacuatō: nisi quādo id qđ peruenit ex eis est fm semitā expulsionis et c. Tunc ad argumentū aliud dōm qđ repercuſiua non ponunt ut repercuſiā id qđ collectum est in spongiositate membri. sed ponunt ut nō egrediat id quod est in venis ad spongiositatē membri et multū augmentet tumorem: et maxime quando materia est in fluxu. Et etiam ponunt ut confortent membris ne recipiat id quod paratū est flue re. et hoc est qđ dicit Hal. in tegni. Et repellent vasa cōfortata stipticis medicinis vel farmacys. vnde ppter fluxum repercuſiūmus: sed postq; iaz fluxerit resoluumus qđ collectum est. et ideo materiei collecte cōpetit resolō: flue ti autē repercuſio. Tunc sequitur illa pars.

Beide oppone augmento cum itromissione mollificatiōri et humectantiōi cum refrenatiōi. Et q̄tū pcedit in augmēto pcedas in additione mollificatiōri paulatim.

In qua parte ostēdit quomodo debemus procedere in augmēto. et dicit qđ in augmēto apostematis debemus miſcendo apponere mollitiua humectatiua cum repercuſiua. Et quādo plus pcedit versus augmētu tāto plus ad dantur mollificatiua repercuſiuiis paulatim.

Sed hic est dubiū: qr̄ tu dicis qđ Auic. ponit qđ in augmēto apostematis debemus miſcere mollificatiua humectatiua repercuſiuiis. Alij aut̄ auctores ponunt qđ debemus miſcere resolutiua. quare qr̄ dicit Auicē. qđ debemus miſcere mollitiua et nō dicit resolutiua. Iteruz etiam videtur cōtrariari alij auctores: vt dictū est ponūt qđ debet miſcere resolutiua. s̄z omne resolutiū fm plū exiccat et nō humectat: vt Auic. ponit ifra. in cap. de curatiōe scliroſis. ergo et c. Responsio. qđ in augmen to sicut ponunt omnes alij auctores habemus duplē intētionem. s. vna est phibere materiam que adhuc fluit. et id fit cum repercuſiuiis. Alia est resolutere materiaz collectam: eo qđ materia non tantuꝝ fluit sicut in p̄ncipio. Et ideo debemus tunc intendere ad resolutionem materie collecte. Iteruz si pure repercuteremus in augmēto posset ppter numiam repercuſionē membrorū corrumpi: et materia indurari: ita qđ postea redderetur inepta ad resolutionē. et ideo in augmento debemus icipere miſcere resolutiua cuꝝ repercuſiuiis. Et nota hic iciderter qđ nō est intelligendum qđ ex talibus medicinis fiat quoddam medicamen tanq; materie temperate vt sint eorū virtutes refracte sicut in tyriaca. sed quelibet stat ibi in p̄pria virtute: ita qđ natura medicine repercuſiue vtitur ad prohibendū fluxū. resolutiua aut̄ ad resoluendū mām collectam in apostemate. Et simile huius quod hic dixi appetit in multis locis ab Auic. in 3: sicut in cap. de egritudi nibus renū. sic ergo tunc verum dicunt auctores qđ in

b z

Fen. III.

Sugmēto debem⁹ miscere resolutiua repercuſiuis. **C** **S**z
 Ani. vltra dictū istoꝝ ſpecificauit pſs. qz ipſe plus pticula-
 riçauit qz alij auctores. ponit eni qz debent eſſe mollitiua.
 Et ratio huius eſt. qz in augmento materia flegmonis eſt
 compacta ⁊ idurata quodammodo a repercuſiuis: ⁊ ideo de-
 bent poni talia que emolliant ⁊ tenerificet mām ⁊ rorifi-
 cent poros: ⁊ abilitent mām ad resoloneꝝ paulatim equa-
 liter ⁊ non ſubito: qz tunc resolueretur ſubtile ⁊ relinque-
 retur groſſum. talia aut̄ ſunt resolutiua mollitiua. Unde
 ſi ponerent resolutiua exiccantia in augmento resoluere
 tur ſubtile ⁊ relinqref groſſuz. Iteruꝝ talia etiā resolutiua
 mitigate dolorē: ſicut dīc Auic. ppter ea: eo qz ſunt re-
 ſolutiua temperata. talia aut̄ ſunt mitigateua doloris. ſic
 qz tunc in augmento ⁊ ſtatū competunt resolutiua mollitiua.
 in fine aut̄ competeunt resolutiua exiccantia ſicut di-
 cet poſtea. **C** Et per iſta que dicta ſunt apparet reſpoſio
 ad p̄muꝝ argumentū. **C** Ad ſcdm argumentū dōm eſt qz
 Auic. non dicit absolute qz omne resolutiuum exiccer: ſed
 fm plurimū: ⁊ hoc ſufficiat dicere hic. qz iſte textus expo-
 netur melius quādo exponeamus id caplīm.

C Et apud finem ⁊ ſtatū ⁊ vltimitatem ma-
 gnitudinis ⁊ additionē ſue vltimitatis fac vi-
 cere mollificantia ⁊ fac ea pura.

C In parte iſta Auic. oſtendit quid ſit faciendum in ſtatū
 flegmonis dices. ⁊ apud fineꝝ ⁊ ſtatū. i. apud pncipium
 ſtatus ⁊ vltimitatem ſue magnitudinis. i. apud mediū ſta-
 tus ⁊ additionem ſue vltimitatis. i. apud finem ſtatus cō-
 iungitur quare in pncipio declinationis fac vi-
 cere mollificantia. ſ. ſupra repercuſiua ⁊ hoc qz tuꝝ ad pncipium ⁊
 mediū ſtatus. ⁊ fac ea pura. ſ. in fine ſtatus. quia tunc ma-
 teria totaliter fluxit. ⁊ ideo debet eſſe pura mollificantia.
C Et nota hic propter hoc quod dixit exponendo qz ſicut
 quilibet morbus hz quattuor tempora. ſ. pncipium aug-
 mentum ſtatus ⁊ declinationem. ita etiam quodlibet te-
 pus potest diuidi in tres partes particulares. in pncipiuz:
 medium: ⁊ finem. ⁊ in principio ſui conuenit cuꝝ tempore
 precedentis. in fine autem conuenit cum tempore ſequen-
 ti. In medio autem habet ſuum veruꝝ eſſe. ⁊ ideo hoc qz
 Auicen. dicit ⁊ fac vi-
 cere mollificantia: refertur ad prin-
 cipium iſtius ſtatus. quia in hoc conuenit cuꝝ augmento.
 hoc autem quod dicit ⁊ fac ea pura: refert ad vltimitateꝝ
 ſtatus. ſ. ad medium ⁊ fineꝝ iſtius. qz tunc materia totaliter
 fluxit ⁊ alterata eſt etiā mala ꝑplō. ⁊ ideo oꝝ ſoluz resolute-
 re ⁊ mollificare. ⁊ ideo tunc mollificantia debet eē pura.

C Et exiccantia ſunt que ſanant in fine: verum
 humectātia ⁊ mollificantia ſunt ad dilatandos
 poros ⁊ ad ſedandū dolorem. Et exiccantium
 eſt illud quod ſanat ⁊ ppter remanere aliqd
 quod ſiat ſanies. Si aut̄ non ſanat itegre ⁊ di-
 mittit aliquid non relinquit niſi rem modicam
 quaꝝ resoluit illud in quo eſt acuitas. Et quā-
 doꝝ accidit ex refrenatione vehementia dolo-
 ris propter ſuffocationem materiei ⁊ solidita-
 tem membra.

C Hic Auicen. oſtendit quid eſt faciendum in fine aposte-
 matis ⁊ que medicine ſunt ponende: qz medicine deſicca-
 tiue. ⁊ duo facit. Primo facit hoc. ſcdm comparat medici-
 naſ exiccantiaſ ad mollifiantiaſ. ⁊ in hoc oſtendit quare
 debet poni medicine exiccantia in fine apostematis. ⁊ an-
 te fine debent poni mollifiantia. ſcdm ibi (Verum hume-
 ctātia.) **C** Dicitur pmo. qz exiccantia ſunt que ſanant in
 fine. i. in declinatione apostematis. **C** Intellige autem h-

De cura

qz iſta exiccantia etiam debent eſſe resolutiua ⁊ calida et
 non debent eſſe frigida exiccantia: eo qz impeditur exic-
 catio ratione frigiditatis que iſpiſat. vnde in fine flegmo-
 nis debent apponi resolutiua exiccantia: eo qz in augmen-
 to ⁊ in ſtatū pccerunt resolutiua mollifiantia que quidē re-
 ſoluunt aliquid de materia: ⁊ abilitant residuum equaliter
 ad resolutionem. ⁊ ideo in fine debet ſequi medicina que
 resoluat residuum totaliter. Talis aut̄ eſt medicina exic-
 catua ſequens mollifiantiaſ. ⁊ ideo medicina exiccantia cō-
 petit in fine. ⁊ hoc ſubdit Auicē. comparando medicinas
 exiccantiaſ ad mollificantiaſ cum dicit. (Verum hume-
 ctātia ſunt ad dilatandos poros ⁊ ad ſedandū doloreꝝ)
 quā velit dicere qz mollifiantia dilatāt poros ⁊ emolliunt
 materiam ⁊ abilitant eaz equaliter ad resolutionem ⁊ eē
 resoluant de ipſa. Et ideo debet poni in augmento ⁊ in ſta-
 tu. (Exiccantium autem eſt id quod ſanat). i. quod conſu-
 mit materiam totaliter. ⁊ ideo ppter remanere aliquid
 quod ſiat ſanies. ⁊ ideo exiccantiaſ debz ſequi in fine. Et
 addit Auic. dicens. (Or si exiccantium non ſanat itegre.)
 hoc eſt qz non totaliter exiccer ⁊ consumet materiam: ſed
 dimittat aliquid. ſ. groſſuz quod non obedit debili resolu-
 tioni: tunc non relinquit niſi modicam rē quaꝝ resoluit in
 id in quo eſt acuitas: hoc eſt in quo eſt fortior calitas ⁊ ma-
 gis forte resolutiuum vt poffit resoluerre groſſum. qz tunc
 non timemus qz resoluat ſubtile ⁊ relinquit groſſum: cuꝝ
 ſit pauca materia illa que remaſit. Et tale medicamē poſ-
 ſet eſſe ſicut dyaqilon vel dyopalma vel emp̄lm de mel-
 le ⁊ glutino cum farina ordei ⁊ ſimilibus que ſunt aliquā-
 tulum magis fortia resolutiua. Tunc ſequitur illa pars.

C Et quādoꝝ accidit ex ea reditus materiei ad
 membra principalia: ⁊ quandoꝝ accidit vt in-
 duretur apostema. ⁊ accidit quandoꝝ vt inci-
 piat membrum tendere ad viriditateꝝ ⁊ nigre-
 dicem proprie quando medicatur cuꝝ eis in fi-
 ne rei ⁊ prope ſtatū.

C In parte iſta Auic. oſtendit que noſumenta poſſunt cō-
 tingere ex repercuſione. **C** Iſta pars diuiditur in duas:
 Primo connumerat noſumenta que poſſunt accidere ex
 repercuſione ſi inconuenienter fiat. Secundo docet euita-
 re illa. ſcdm ibi (Et ſcias qz vehementia doloris tē.) Dicit
 qz tē. ⁊ ſoliditatem membra tē. i. ppter conſtrictionez ma-
 terie in membro. Et quādoꝝ accidit vt incipiat membrū
 tendere ad viriditatem. hoc eſt ppter mortificationez co-
 loris naturalis membra ex nimia repercuſione. Et ppter
 quādo medicatur flegmon in fine rei. i. in fine augmenti
 cum eis. i. cuꝝ repercuſiuiſ. Et intelligas cum eis puris ⁊
 valde repercuſiuiſ. qz vt dictum fuit ſuperius in augme-
 to bene ponuntur repercuſiua: ſed non pura: ſz mixta cuꝝ
 resolutiuiſ propter cām que dicta fuit ſupra. **C** Et prope
 apud ſtatū. i. maxime accideret nigredo ⁊ liuiditas mem-
 bra ſi medicaretur ex eis flegmon apud ſtatū. quia ibi nul-
 lo modo competeunt repercuſiua: vt dictum eſt ſupra.
 Tunc ſequitur illa pars.

C Et ſcias qz vehementia doloris facit te idige-
 re medicinis mollificantibus abſqz attractiōe
 ⁊ fortasse erit cum eis inſrigidatio nō ppter
 mollificationem.

C In qua parte docet euitare predicta noſumenta. Et pri-
 mo docet euitare doloreꝝ qui potest accidere ex repercuſi-
 one. Secundo docet euitare reditum materiei ad princi-
 palia membra ex repercuſione. tertio ponit remediū du-
 ritieſ facte a medicina repercuſiua. ſcdm ibi (Ex reditu ve-
 ro materiei.) ſz ibi (Et cuꝝ timetur qz declinet ad duritie)

Tractatus I.

nigredinē autē et luiditatem non docet hic remouere: quod si ferius hoc docet remouere ut ibi apparebit. **Dic pmo.** Et scias quod vehementia doloris supple que accidit ex repercussione facit te indigere medicinis mollificantibus: eo quod per ista aperiuntur pori et exalat materia que faciebat constrictiō et conculcationem in membro ratione cuius accidebat dolor absque attractione ut non fiat maior attrito quam resolutio: et per sequēs augmentetur tumor et constrictio in membro: et ideo non diminueretur dolor si talia medicamina essent cum attractione: sed dicunt esse molliitia lenia temperata. **Et fortasse erit cuī eis infrigatio non prohibens mollificationem: quasi vult dicere: quod si cum talibus molliitiis sit infrigidatio vel parua calitas tunc talia molliitia maxime mitigabunt dolorem factum a medicina repercussione: et hoc intellige quando flegmon esset in principio: quod tunc talia molliitia aperient poros et emollient membrum et materiam non attrahēt: sicut et emplastrum factum ex farina ordei et maluis coctis cum aqua et oleo rosa apponendo ipsum tunc calēt actum. **Isto enim emplastrum est molliitium cuī panca caliditate.** **Sed si flegmon non esset in principio: sed in augmentatione tunc debet esse tale molliitium cuī maiori caliditate.** **quod in augmentatione non indigemus tantū prohibere fluxum sicut in principio: unde tunc bonum esset admiscere predictio emplastro farinam fenugreci et semen lini et florum camomille.** Tunc sequitur illa pars.**

Ex reditu vero materiei ad membra principalia securat euacuatio nisi quando illud quod pervenit ex eis est finis semitam expulsione ex eis: et sunt membra recipientia ab eis sicut euacuatoria illorum: illic enim non est via ad repellendum et expellendum penitus: et nos iam verificauimus ista in loco suo.

In qua parte docet evitare reditu materiei ad iteriora qui posset accidere ex repercussione. **Etpz satis quod dicit.**

Et cum timetur ut decliner ad duritatem administrare mollificantia in quibus est calefactio et humectatio cum fortitudine.

Hic docet remouere duritē factā a medicina repercussione. **Ei dicit quod cuī timetur quod declinet flegmon ad duritē tūc administra molliitia in gibus est calefactio: supple tēperata: et humectatio cum fortitudine. i.e. et sunt fortioris humectatiōs.** Unde non intelligas quod id quod dicit cuī fortitudine referatur ad caliditatem: quod medicina duritiae non debet esse fortis caliditatis: quod fortis caliditas et fortis frigiditas indurant sicut ponit Hal. in commento pnostorū. Nam fortis caliditas resolvit subtile et derelinqit grossum: fortis autem frigiditas congela materiam et idurat eam. et ideo id quod dicit cuī fortitudine debet referri ad humectationes solum: quod medicina talis duritiae debet esse calida tempore et fortis humectationis sicut esset emplastrum ex maluino et farina fenugreci et ordei vel aquilon et ceteris.

A dedicie autē repercussions sunt que sunt medie sicut succi herbarum frigidarum quas multotiens dipimus in locis alijs sicut succus por tulace et cucurbite et endivie et virge pastoris et aliarū et succus solatri proprie et corpora eorum cōtrita preparata ad emplastrum et succus psiliū etiam et ceratum cum aqua frigida. et fortasse excusat laborem in eo spongia infusa in aceto et aqua frigida. et kekengi est fortis in principio:

Flegmonis

ii

et similiter cortices granatorum et semperuua et sanich decoctum valde et proprietas suae mixto aut sumach. et tilub est bonum iterum. et si indiget fortiore illo adde in eis sandaluz et acatiam et memithe et faufel et insquiamus album. Et herba que nominatur herba apostematum est in principio valde bona. et quādōcū innatur eius desiccatio et stipticitas cuī croco. et humectatio in principio est timorosa.

Superius Autem posuit modum curatiōis flegmonis quam ad omnia tempora eius. In parte ista ponit medicinas particulariter cum quibus curatur. Et dividitur hec pars in partes sex. **Quia pmo cōnumerat quasdam medicinas repercussivas que competunt in principio flegmonis.** **Scđo ponit quasdam que competit in augmentatione.**

Tertio intermisce quendam canonē de curatione flegmōis quā sedit in viam exiture. **Quarto ponit quasdam medicinas que competit in statu.** **Quinto ponit medicinas que competit in declinatione.** **Sexto ponit quasdam canones qui attenduntur in curatione flegmonis finis quā uertitur ad saniem.** **scđa ibi Si vero ista non valent.** **tertia ibi Cum ḡ vides.** **qrta ibi Cum autē apostema peruenit ad statu.** **quinta ibi Et emplastrum de colcotar desiccatur absque dolore.** **sexta ibi Et multotiens cadit necessitas.** **Prima pars dividit in partes quattuor.** **prio cōnumerat quasdam medicinas repercussivas que competit in principio flegmonis.** **scđo docet remouere quendam nōcumentum quod potest accidere ex istis inconvenienter administratis.** **tertio ipse ponit quendam canonē generalem de repercussione nimia et resolūone nimia.** **quarto ipse ex dictis concludit quendam canonē de remotione doloris flegmonis.** **scđa ibi Et quando cadit.** **tertia ibi Si ḡ volueris regere et ceteris.**

Sed antequam littera exponat dubitabit aliquis cuius complexionis medicina repercussiva debet esse in principio flegmonis quam ad ambas qualitates earum. scđo utrum debeant esse frigide et sicce vel frigide et humide. **Rādeo ad hoc et ut id dubium melius declaretur duo sunt consideranda.** **Primum est cuius complexionis absolute sint medicine repercussives.** **scđm est cuius complexionis debent esse in flegmōe.** **De pmo dico quod medicine repercussives absolute debent esse frigide et stiptice complexionis.** **quod debeat esse complexionis frigide apparent per Autem in scđo libro.** **Dicit enī repercussiva vero medicina est contraria attractione.** **et est medicina cuius proprietas est propter frigiditatem suam ut in membro faciat peruenire frigus et ut inspisset in eo et costringantur pori ipsius et frangatur caliditas eius attractione et congelet id quod ad ipsum currat et inspisset ipsum et prohibeat ipsum ne ad membrum currat et prohibeat membrum a receptione ipsius sicut solanum in apostematis.** **Qd etiam debeant esse stiptice apparent.** **quod per stipticatem maxime prohibetur fluxus.** **Et ideo dicit Halie.** **in libro de ingenio sanitatis.** **gluentia stipticis sedantur et querentia confortant membrum debilitatum ne recipiat.** **Et ideo dicit Halie.** **in tegni de curatione apostematis.** **Et replet vasa stipticis confortata farmacys.** **sic ḡ tunc apparent per ista quod medicine absolute repercussives debent esse frigide et stiptice.** **Sed nota ultra hoc quod cum oīum apostematum tam calidorum quam frigidorum cura in principio sit repercussio et quod apparent per Autem in pmo.** **sen quarta de curatione apostemati.** **quod in apostemate frigido debent medicine repercussives admisceri cum calidis stipticis.** **sed in**

b 3

Fen .III.

apostemate calido ponuntur pure qz in apostemate calido competut ratiōe phibitiōis fluxus r ratione qualitatis materiei: cum materia ibi sit calida: r ideo administrant̄ pure. In frigidis autē non competit rōne qualitatis materiae: cum sit ibi materia frigida. sed competit solum rōne phibitiōis fluxus. tio debet admisceri cū calidis stipticis. r hoc est quod dicit Aui. in pmo. fen 4^a. cap^o de cura tione apostematiū. Oportet autem vt stiptica cōstrictiua repercuſſiua frigide complexiōis pure existant si apostemata fuerint acuta qz si apostemata frigida fuerint oportet vt alicui sint admixta in quo v̄tus existat calida cū re tentiōe. i. cum stipticitate sicut squinātū r blacte bisantie. De scđo dico qz in flegmone debet esse medicie repercuſſiue frigide r sicce cum stipticitate nō multa. Dico autem hoc ad dīaz herisipille. qz in herisipilla debet esse medicina repercuſſiue frigide r humide cum forti stipticitate. In colerico autē debent esse frigide r humide cuz fortiori stipticitate qz in sanguineo. Et id quod dixi probatur qz ois cura fit per cōtrariū. mō materia flegmonis est sanguis: sanguis aut̄ est calidus r humidus. ḡ medicina eius repercuſſiua debet esse frigida r sicca. Et ideo Aui. ponit medicinas repercuſſiias cum siccitate. r ppter hoc etiaz dixit in fine huius partis. Et quādoqz iuuat eius desiccatio r stipticitas cum croco. Ex hoc enim verbo apparet manifeste qz medicina repercuſſiua flegmonis debet eē cuz siccitate. sed in herisipilla r in apostemate colerico dz esse medicina repercuſſiua humida. qz materia ipsius est colerica cala aut̄ est cala r sicca. r ideo medicina eius dz esse frigida r humida. quare autem debeat esse cuz maiori stipticitate qz medicina flegmonis apparebit in caplo herisipille. r hoc est quod dicit etiā Rasis caplo de cura tione apostematiū calido. Deinde cum dicit. Epithimatisbus sup locum sed in sanguineo cum eis que ifrigidant̄ r cōstipationem faciūt. i. siccitatem sicut sunt sandali r rose r̄c. r in colerico quidē cum eis in quibus est ifrigidatio r humectatio sicut psiliū conquassatū cum aqua citrullo ruz. r sicut rasura cucurbite. r hoc vult Alyab. in lib^o oculariū quē fecit tractatu. ii. de curis morboz generaliter. Dicit ergo in illo tractatu de cura apostematis sanguinei. in pncipio ḡcurationis corpus cum flōmia purgetur. dein de ponantur repugnantia desiccatiua r̄c. Et de curatione apostematis colerici. i. herisipille dicit infra in illo eodem tractatu. Et si opportunuz est flobotometur. deinde medica fiat que ifrigidet r humectet. Hoc ḡ premisso r viso dicit Aui. Medicine vero repercuſſiue r̄c. virge pastoris. i. corrigyola. Et hoc pprium est cardus filuester. r aq̄rum aliarum. i. succo r̄c aliarum herbarū repercuſſiuarū r corpora eo r̄c cōtrita preparata ad emplastra. hoc est dicere non solum succi predictarum herbarū sunt medicina repercuſſiue flegmonis: sed etiam ex eis possunt fieri emplastra: vt si coquantur in aqua iste herbe vel omnes vel aliqui ex eis r̄c simul conterantur ad modum emplastri. Et cerotū cum aqua frigida. qd sic fit. R. cere partez vna olei rosa. partes tres dissoluuntur cera cū oleo r ponatur in mortario r p̄ficiatur desup ex aqua frida r moueat̄ semp̄tum poteris recipere de aqua frida. Et fortasse excusat laborem sp̄gia. i. fortasse sp̄gia sufficit infusa r̄c. Et kekēgi est fortis repercuſſionis in pncipio. kekengi est quedaz species solatri cū granis rubeis r grossis r frigida est r stiptica r sicca. r silt̄ cortices granator̄: qz siccii r stiptici sunt r ideo competit in pncipio flegmōis sp̄liter admixti cuz alijs frigidis. r sauc̄ decoctū valde r pprie cū aceto commixto aut sumac su. cōfert in pncipio flegmonis. Sauc̄ ē puluis de farina ordei. que si coqua cū aceto vel sumac r oleo rosa. est optimū emplastrū repercuſſiūm in pncipio flegmonis. taulub itez est bonū su. in pncipio flegmonis.

De cura

